Litus est. terra aquae & mari uici
na & dictum litus quia fluctu elidi
tur. uel quod aqua adluitur. cice
ro in topicis, litus est. qua quae fluc
tus eludit. Circumluuium locum quem
aqua circumluit. Adluuium conluuio
nis parum ex aquis. Margo est pars
cuiuslibet loci ut puta maris. unde
& nomen accepit. Maritima. quasi
maris intima. Ostia ab ingressu &
exitu fluminis dicta in mari. Con
tinens perpetua terra. nec ullo mari
discreta. quem greci pirion uocant.

## VIIII. DE INFERIORIBUS

Specus est. fossa subterranea. quae per
spici potest. spelea grece spelunca
latine, spiracula appellata. omnia
loca pestiferis spiritu quae greci paronia
appellant. uel acherontea quae uarro spi
racula dicit huiuscemodi locum. &
spiracula ex eo dicuntur loca qua
terra spiritum edit. hiatus praeruptio
terrae profunda. quasi hiatus. pro
priae autem hiatus est omnis oris aper
tionis lata aperies. quarum altitudo oris
ad apertionem monstratur. Profun
dum proprie quasi cuius porro sit fun
dus. abusiue autem profundum
uel sursum uel deorsum dicitur. ut
mare ac terra caelumque profundum. Ba
rathrum nimiae altitudinis nomen
est. & dictum barathrum quasi uo
rago atra. scilicet a profunditate.
Erebus inferorum profunditas atque
recessus. Styx. ΑΠΟΙCΤΥΓΕΡΟC.
id est a tristitia dicitur. eo quod tris
tes faciat. uel quod tristitiam gignat.
Cocitus locus inferni. de quo in oblo
quitus, dulcis fuit glares coeti
Cocitus autem nomen
accepit greca interpraetatione
a luctu & gemitu. Tartarus. uel
quia omnia illic turbata sunt.
ΑΠΟΤΟΥΤΑΡΤΑΡΙΖΙΝ. aut quod
est uerius. ΑΠΟΤΟΤΗCΤΑΧΗC.
Id est a tremore frigoris. quod est
algere & rigere. scilicet quia luce
soleque caret. nam neque illic
uapores sunt qui ex solis luce gignun
tur. neque flatus qui ciuntur de motibus
incitatur. sed perpetuus stupor. tarta
riginem horrere. & tremere apud
grecos legitur. illic enim fletus
& stridor dentium. Gehenna est
locus ignis & sulphoris. quem appel
lari putant a ualle idolis consecra
ta quae est iuxta murum hierusalem.

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_281/0446